



VII, 2M.

2.608-

שָׁלוֹם יְוִשָּׁלָם :

MEMORIALE

ECCLESIASTICUM & SCHOLASTICUM  
FRANCOHUSANUM  
DECLAMATIUNCULIS  
HEBRAICO - GRÆCO - LATINO - GERMANICIS  
præmissum,

<sup>cum</sup>  
**TEMPNUM  
FRANCOHUSANUM  
INFERIUS**

A. 1689. d. 17. Sept. exustum & hactenus, ope divinâ ad-  
spirante, reædificatum d. 10. Octobris hujus anni 1703.

præsente populo frequentissimo,

SOLENNISSIMA DEDICATIONE  
celebraretur,

ad quas patienter audiendas

**VENERABILISSIMUM  
CONSISTORIUM**

Ejusq; Dn. PRÆSES Splendidissimus,

CELEBERRIMI DNN.

DOCTORES & LICENTIATI,  
Plurimum Reverendum MINISTERIUM,  
Amplissimum CollegiumSENATORIUM,

Cæterique LITERATI æstimatisimi

submisè, obseruant & amanter

invitantur

M. JOH. Hoffmann / RECt.

Anno & Mense

OCTOBRIS DECIMO tarantara sentet ARA.

ERFURTI, Imprimebat Georgius Henricus Müllerus.



**I**ntrum quatuordecim annorum transit spatium, cum justissimus totius terrarum orbis judex, cuius imperata ignis etiam exequitur, incendium voracissimum idque damnosissimum oppido nostro salinario immiteret. (1.) Etenim subitaneus hic ignis in foenili quodam intra secundam & tertiam pomidianam d. 17. Sept. A. 1689. exortus, cursu deficiente, tantas cepit vires & incrementa, ut palatium illustre, excepto Sacello aulico, illicè flamnis, præter murorum fragmina & rudera, vim flammæ vix superantia ac elidentia, succubuerit. Neque intra sua cunabula flammæ rabies se continebat, sed torrentis instar erumpens ac ad Euri furibundi nutum ac arbitrium se dividens, ex platea in plateam, ex tecto in tectum, ex conclave in conclave, imo supra mœnia opinione citius transiliendo, omnes villas, molam, hortos, arbores & salices funditus deurendo debacchabatur, nec prius placari passa, quam intra brevissimum temporis spatium una quasi flamma in omnibus, quotquot involaverat, ædificiis conspiceretur, cui asferes, trabes, scandula, calore solis diuturniori exsiccatæ, nec non horrea ac stabula innumeris fœni ac frumenti plaustris completae ac constipatae, nutrimentum ministrabat uberrimum, cuius turori, horresco referens, templum inferius, sub seculi XVI præcipitum satis magnificè ac sumtuosè intra biennium exstructum, cum summo omnium cordolio exponebatur. O faciem tristissimam! Nam præter alia templi ornamenta altare pyramidatum, picturisque a pelléis & artificiis tornatis ad miraculum ex-

orna-

(1.) Hoc incendium ejusque damna fusius delineavi in Programm. deinde condidus, A. 1689.

ornatum, exuritur: baptisterium nū armoreis icunculis & virtu-  
culis, quasi superbiens, templi ornamentum non ultimum, con-  
sumitur: Suggestus, torevmatibus speciosissimis eminentissi-  
mus, in cineres redigitur: (2.) præter alia, Epitaphium illustre  
Wilhelminum, neminem non Spectatorum in sui admirationem  
rapiens, in mille particulas dissolvitur: Organum pneumaticum  
suintuosissimum, pretium bis mille thalerorum excedens, igne  
perit: Campanæ, venerabili & cana antiquitate conspicuæ lique-  
factæ jacent: Bibliotheca rarioribus libris, præcipue à Scripto-  
ribus ecclesiasticis instructissima, olimq; per accessionem biblio-  
thecæ à priori B. Wilhelmi Comitis Schwarzburgici Conjuge, ex  
celeberrima Comitum Bohemorum à Schlicken prosapiâ ex Bo-  
hemia huc translatæ, non parum locuplerata, comburitur: Ve-  
rū neq; scopus neq; locus omnia recensere damna permittit.  
nemini non ignota,

queq; ipse miserrima vidi.

E' quorum pars magna fui.

Intra sesqui seculum undecim numerantur incendia Francohusa-  
na, quorum a tem nū nullum, excepto hoc, tanta intulisse damna,  
quippe quod Ædi sacræ non pepercit, omnes uno ore comproba-  
bunt. (3.) Quod supra de mirabili ac memorabili Sacelli aulici in-  
ter medias flamas conservatione scripsi, illud etiam de schola-  
stico ædificio commemorandum venit. Hæc enim sacra ædifi-  
cia tanquam torres ex incendio erepti de gracia cœlesti inter me-  
dias etiam iræ divinæ flamas evidentissima sistunt testimonia.  
Ecquis enim hanc Scholæ, cum primis omni ope humana desti-  
tutæ, protectionem miraculo & speciali æterni Numinis provi-  
dentiae non adscriberet, qua supremus ille Scholarcha ad oculum  
demonstrare voluit, in quanto prelio scholas, coram mundo de-  
spectas, habeat, inq; oculis suis sanctissimis gerat, cuius ut curam

A 2

pa-

(2.) De hoc aliisque memorabilibus inferioris & superioris templi, im-  
primis, quod artinet inscriptiones, actum fuit in Programm. de Stipendiis & Le-  
gatis Francohus. 1688. edito.

(3.) Vid. programma nostrum A. 1692. in quo omnia iucendia Franco-  
husana enumerantur.

paternam porrò gerat, piè precamur. Sed ut secundum illud tri-  
tum:

Numen restituit largè mala Martis & ignis,  
Krieg und Brand ersegnet Gott mit milder Hand.

Ita hujus adagii veritatem ipsam experientiam stabilire, testimoni  
nia adsunt luculentissima. Conjicite oculos vestros in loca olim  
exusta incendioque devastata, nonne omnia restaurata & longè  
magnificentius commodiusque reædificata? Palatum illustre,  
exceptis paucis structuris adhuc reparandis, Thermidi domicili-  
um jam præbens, villa illustris, totque habitacula civilia ex cine-  
ribus suis restaurata longèque majori ac excellentiori, quam o-  
lim, nitoris restituta, & denique reædificatum templum, Nehe-  
mia Ecclesiæ nostræ venerando, ac Ergodio & felicissimo im-  
mortali cum laude opus sanctum curante & urgente, precibus-  
que publicis & privatis illud adjuvante, tandem aliquando feli-  
citer consummatum, specula divinæ gratiæ & providentiæ ob o-  
culos ponunt limpidissima ac certissima. Inspicite Aram, sug-  
gestum, Baptisterium, Subsellia inferiora & superiora, cumpri-  
mis Orchestram illustrem, nonne omnia, torevmatibus phidiacâ  
verè manu sunt gypsata, tornata ac exornata? Quid dicam,  
de candore totius templi nitidissimo, qui omnium colorum  
nobilissimus habetur, quippe cuius ipse Deus in sacro codice,  
non solum laudabilem facit mentionem, seque ipsum cum  
hoc passim, cum primis in Cantico Canticorum, comparat, sed  
etiam

---

(4.) Campanæ horariæ in antiqua Francorum turri A. 1627, fusio infelix e-  
rat, de quo B. M. Lotey in suo Calendario hujus anni hæc annotavit: Heute (7.  
Aug.) ist die Zelger-Glocke von Haufmanns Thurm so 22. Centner hält, zum  
4tenmal umgegoßen, und dennoch misstrathen, &c d. 25. Aug. heute ist die Zelger-  
Glocke noch einmahl umgegoßen worden und G. L. wolgetathen. Ejus inscri-  
ptio hæc est: Anno Domini 1627. Iulij XXVII. in salinis Francorum Conss. Nicolau  
Geitner & Andreas Iffr, I.V.D.me f.CC.

Clangorem rapuit mibi cæli injuria; Ita ergo  
Jam transfusa meum persequor officium.

Det Deus, ut diligi Ductore fideliter horas,  
Raro autem lamentem, aut cibis armacanam. N.G.f.

etiam veste albâ capillisque candidis se conspicî voluit, immo omnes novæ Hierosolymæ plateæ lapide candido & mundo stratae dicuntur, adeo ut templum hoc nostrum candore purissimo exornatum, speculum aliquod ac præludium illius præse ferat ac exhibeat lætissimum. Paucis : Omnia singularem quandam & venerabundam magnificentiam spirare videntur. Nec organum pneumaticum & campanæ sunt prætereundæ. In illis, quod olim amiseramus, ex omnium voto recuperavimus. Artificem cum primis fusoris manum ita Deus fortunavit, ut non tantum fusio, præmissis hymnis, faciliter cesserit, sed & fusæ sonos penetrabiles & amabiles edant, qui longe lateque in aures se diffundunt. (4.5.) Neq; parvum externæ huic templi stræturae conciliant ornamentum coronides seu nodi inaurati, liberalem fervorum manum loquentes, in quorum unum hæc inscriptio jussu venerabili A. 1702. à me conscripta capsulaeque inclusa reconditur, quam memoriæ causâ huic pagellæ inserere non dubito.

Ter - Magno Deo & posteris hæc pagina saCra esto.  
Nos jam lucis usurâ fruentes posteros & posterorum  
posteros nescire nolumus,  
quomodo novus hujus sacri ædificii Phoenix ex  
cineribus suis quasi revixerit,  
in cuius crista seu capite hanc schedulam, ceu præsentis  
ævi ac ædificij testem oculatum, nunc autem  
cœcum recondere voluimus.

Annus O. R. MDXCVI volvebatur, quo pia piorum Majorum cura, suffragante & multum adjutante Comite Schwarzbür-  
gico, WILHELMO, omnibus elogis majori, cum Conju-  
serenisima CLARA templum prius tredecim abhinc  
annis exultum, satis sumtuöè ædificandum &  
biennio post A. MDXCVIII, exædificandum  
curaverat.

A 3

Ut

[5.] Inscriptiones campanæ majoris hæc sunt;

Uixerit ex improviso, seu humana sunt, triste exordium,  
ita triste obtinebat exodium.

Lachrymis ceperit, lachrymis desit.  
Initium concione funebri, laudatisimi nempe Comitis  
WILHELMI, satis ominosè initiatatur,  
Finem Vulcanus fuissebat, dum 27. Sept. A. MDCLXXXIX.

hanc ædem favillis tegendo funerabat.

Neverò sub cineribus planè cinefactum jaceret,

motore & promotore Archiepiscopo coelesti,

supremus patriæ ac Ecclesiæ nostræ Episcopus,

D O M I N U S A L B E R T U S A N T O N I U S ,

Patriæ pater pientissimus & munificentissimus,

curam operamq; paternam omnem impendens,

nullis impensis pepercit,

quod

Defruxit Carlus planc Me noXIIl IgnIs:

Me ecce reDintegrat IgnIs.

Omne quod intendo, cui me quoque destinat urbs hæc,

Nominis est magni gloria, Christe, tui.

Deo auspice

curantibus & adjuvantibus

Patre Patriæ Insignia ejusque filio unico,

Celissimo Domino Schyvarzib, Celissimo Domino

DN. ALBERTO ANTONIO interposita DN. LUDWIG FRIDICO,

hic sunt.

et quatuor Comitibus Imperii Comitibus de Schyvarzburg & Honstein &c.

Ego ut Phœnix quidam ex cineribus, in quos Vulcanus d. 17. Sept.

A. 1689, me redegerat, revixi A. 1703. M. Aug.

In parte oppositâ:

Innumeras in particulas resoluta per ignem

Ex igne ut Phœnix nunc ego surgo canens;

Et prius officium subiens ad sacra vocabo:

O utinam semper sit mibi turbæ sequax.

Avertat cunctos casus hæc NUMEN ab urbe,

Ac illam quavis prosperitate bevit.

Reliquas campanarum cæterarum inscriptiones spatiis an-  
gustia excludit. Hujus generis varias etiam inscriptiones colle-  
git indecessus antiquitatum scrutator celeber. Dn. OLEARIUS,  
quas bono publico typis edendas promisit in Hist. Arnstet. Chro-  
nol. p. 308.

quod hic exusta ædis sacrae Phoenix, qui non ad trecentos,  
quingentos aut sexcentos, sed viagulca nonaginta annos  
ætatem exegerat, multorum manibus beneficis  
obstetricantibus, ex cineribus suis,  
longè tamen spacioſior ac ſpecioſior, naſceretur & exſurget.  
Omne quod excellens opus, egregiumque futurum,  
Progressus tardos habet, incrementaque tarda.  
Etenim in hujus novi Phoenicis partu, ſeu reædificando templo  
 anni XII. ut elephantibus X. tribuantur, conſumti ſunt,  
 cui ultimam manū intra breve temporis ſpatium, ope diuinā  
 porro adſpirante, impositum iri, ſpes affulget haud crepera.  
 Spiritus S. qui ſub avis ſpecie non tantum in Christi Baptismo, verū  
 ſtiam ſub ipſum hujus universi primordium aliis ſuis rudem  
 illam indiget, amque molem fovit, calefecit,  
& unā cum Patre & Filio omnia produxit, promoveat, perficiat  
& complementum tandem huic ſancti noſtri  
 Phoenicis partui imponat felicifimum, faxitque ut non trifti, cea  
 templum olim exuſtum, ſed latiori omnię hic Phoenix ſacer  
 propediem inauguretur,  
 qui non ad naturalem Phoenicis ætatem, ſed ad ultimum uisque mundi  
 terminum conſervetur, verbumque Dei purum in æde hac reædificata una  
 cum incorrupta Sacramentorum dispensatione  
 in ſacro ſancta Triadis gloriā ac omnium incolarum gaudium,  
 externam, internam ac æternam ſalutem copioſo cum  
 fructu prædicet & propagetur.

Sancta Trīas Det fīrmas has eſſe p̄cēſ!

Quandoquidem vigilantes Ecclesiæ Miniftri ſunt quaſi nau-  
cleri ac remiges naviculae ecclesiasticae, ipsorum nomina omni-  
nō in memoriam revocari merentur ſecundum Apoſtoli moni-  
tum: Recordamini Doctorum veftrorum &c. Accedit, quod  
 in applauſu votivo, quo ſummè Reverendi Domini noſtri Prae-  
fultis accessum ante quadriennium, & quod excurrit, veneraba-  
mur, reliquorum Ecclesiæ noſtræ miniftrorum ex ſuperioribus  
 ſeculis catalogum promiſerim, promiſſis jam ſtaturus fidem-  
 meam jam liberabo, non quidem ut volo, ſed ut poſſum. Si-  
 dem vix nuda nomina, non ſine pulvere & labore improbo, ex  
 vetuſtis chartis executere licuit.

PASTORUM



## PASTORUM ET SUPERINTENDIUM NOMINA.

- A. 1520. Pastor hic vixit Northusā huc vocatus, cui nomen *Jacob Oethe*, de quo in programmate sub auspicio hujus anni edito, cuius nomen plurimum Reverendo Domino OLEARIO debeo.
- A. 1539. Usque ad annum 1545. Pastor hujus loci. *Doctoris Titulo* sibi in vetustis chartis insignitur, sed sine nomine, nec de pastoribus antecedentibus quicquam volat aut vestigii appetit.
- A. 1549. Pastor vocatur *Dn. Valten* hinc cognominis *Huius Saxon.* huc vocatus.
- A. 1558. *Johannes Rostius*, Pastorem egit; qui ab A. 1579. usque ad A. 1580. etiam Superintendentens, ut puto, primus salutatur.
- A. 1581. *Johann Schlör* Pastor & Superintendentus usque ad A. 1592. vocatus Halberstadtium.
- A. 1593. *M. Jacobus Chericus*, qui etiam *Gertzen* scribitur, Quedlinburg. Pastor & Superintendentus usque ad A. 1597.
- A. 1601. *Nicolaus Walter* Pastor primus, ab obitu B. WILHELMI Comitis sine Superintendentis titulo. A. 1606. Decanus constitutus obit 1610.
- A. 1610. *D. Heinr. Eckart* Pastor & Superintendent ex Academia Gissensi huc vocatur, A. 1616, Altenburgum ut Superintendent generalis, ubi obiit A. 1624. ætat. 44. de quo alibi.
- A. 1616. *M. Dan. Mönchmeyer* Pastor & Superintendent A. 1617. usque ad A. 1621. quo ad coadjutoris munia Brunsvigam abiit.
- A. 1629. *D. Job. Rothmaler* ex Con.-R. hujus Scholae Adjunctus Ministerii, ex adjuncto A. 1630. Pastor & Superintendent constitutus per D. Glasianum Superint. Sonderhus, introductus & A. 1635. Rudolstadtium ad Ephoriam Generalem vocatus obit A. 1650. ætat. 49.
- A. 1641. *M. Abramam Reineccius* ab Adjuncturâ Ilmensi huc ad Pastoratum & Ephoriam vocatur, cui verò non diu præfuit, obiit A. 1642.
- A. 1649. *M. Job. Röder* usque ad A. 1653. egit Pastorem & Superintendentem.
- A. 1655. *M. Heinr. Tielemann* antea Superintendentis Frauen-Brisnicensis, Pastor & Superint. usque ad A. 1683. quo obit ætat. 77.
- A. 1686. *M. Job. Hein. Hempel* Northusā ad Ephoriam A. 1686. accessitus obiit 2. Martii A. 1699. ætat. 57.
- A. 1699. *Heinr. Christophorus Ludwig* ab Archidiaconatu Rudolstadiensi huc vocatur; *Vivat noster OCELLVS!*
- ### ARCHIDIACONORUM NOMINA.
- A. 1536. *Wolfgang Schrecke* de quo vid. noster applausus votivus, & ex eo venera.

- venerabilissimus senex LOEBERUS, Ephorus Orlamündanus ob meritorum cumulum emerit⁹ in Histor. Eccles. Orlamündana scđ. 2. p. 406.  
qui ad A. 50. ut credibile est, vixit.
- A. 1557. M. Georgius sine cognomine reperitur, quod tum temporis, & hodiē etiam quibusdam in locis, non insuetum est, ut solo nomine lustrico insigniantur, ad A. 1564. vixisse creditur, de quo nihil amplius invenitur.
- A. 1572. M. Job. Lange à Diaconatu Erfurtensi huc vocatus, cuius sit mentio usque ad A. 1573.
- A. 1576. Iohān. Schlor̄ ante Diaconus hujus Ecclesie ab A. 1572. tandem Superintendens hujus loci, de quo supra.
- A. 1581. Nicolau⁹ Jordan usque ad A. 1598. de scripta concione edita peste Francohusanam Anni 1597. quæ 1207. homines sustulit.
- A. 1592. Jacob Wonne huc vocatus, ante Pastor Oppershūl. postea Immenroden⁹, porro Uderslebiensis, tandem hic Diaconus & ultim⁹ Archidiaconus obit 1624. ætat. 69. iacto.
- A. 1597. Erasmus Bothmaler Northulā huc vocatus, D. Johannis, de quo supra, & Erasmi Pastoris ad Dantiscum, Poeta felicissimi, Paren⁹, obit 1610.
- A. 1625. Henricus Landgraff⁹ qui A. 1617. ut Substitutus Jacobi Wonne⁹ huc vocatus, obit peste d. 11. Octob. A. 1636.
- A. 1637. Casp. Hartmann, à Pastoratu Borckslebiensi huc vocatur, qui ut emeritus A. 1667. obit.
- A. 1668. M. Job. Schultesius Coburgo-Francus, qui A. 1637. Diaconati præficitur, vitam finiens A. 1681. ætat. 78.
- A. 1681. Antonius Straubel à Diaconatu Rudoſtadiensi ad Francohusanum A. 1672. vocatus obit ut Archidiaconus æt. 70. A. 1696.
- A. 1696. M. Gottfried Günther Schultze A. 1696. Archidiaconus constituitur, qui omnium diutissimè vegetis viribus, (utinam per plurimos adhuc annos !) sacris munij⁹ indefess⁹ & laudabiliter defunctus est.

## DIACONI ET SUBSTITUTI.

- A. 1525. Tempore seditionis rusticae mentio sit præconis nosocomii Francohusani his verbis, quæ Gottfried Arnoldus in supplementis Hist. Ecclesi. & Hæret. C. 16. & 17. Tom. 3. & 4. n. 31. p. 101. ex vetusto manuscripto allegat: Et Gangolff der Siechen Prediger zu Frankenhausen hat ein Gentleyen angenommen/seyn die von Heringen und Greußen darunter gewesen.
- A. 1540. Dn. Michael Diaconus nominatur sine cognomento.
- A. 1544. M. Paulus sine cognomine.
- A. 1545. Dn. Nicolaus, de quo nil amplius reperitur,

B

A. 1550.



- A. 1550. *Dn. Simos Herre* Ilmensis, ante ConR. Arnstet. denique Pastor Il-  
mensis, vid. H. st. Arnstet. OLEARII, p. 172.
- A. 1573. *Nicolaus Henning.*
- A. 1581. *Johannes Jungleib.*
- A. 1594. *Jacob. Wonne*, de quo supra.
- A. 1611. *M. Michael. Fischer* primum Rudolstadtii concionator aulicus & Mi-  
nisterii Adjunctus, postea Pastor Singensu, vixit hic usque ad A. 1617.  
quo ad Ephoriam Eisenbergensem vocatur.
- A. 1619. *Quirinus Veibelius* Palatinus, Jacobi Wonne Substitutus constitui-  
tur, qui ut Subst. tunc A. 1623. obit.
- A. 1623. *M. Andreas Lorey* Rector hujus Scholæ in Substitutum vocatur, cui  
codem anno, defuncto Jacobo Wonne, Diaconi officium committitur,  
anno autem 1636. d. 19. Nov. è scilla confessionaria, ubi solus ultra 100.  
confitentes absolverat, domum rediens virginem corrigitur, & paucis  
post horis, apoplexia infecunda, obit ætat. 44. pridie concionem ultimam  
habuerat his verbis calendario inscriptam: *Concionem funebrem habui  
in I. Job. I. Sangpi. J. C. mundat nos &c. in exequiis filioli Georgii Rieman-  
ni, Baccalaurei nostri.*
- A. 1625. *Johannes Rothmaler* anteà hujus Scholæ Corrector, Adjunctus  
Ministerii constituitur, de quo supra.
- A. 1637. *M. Johann. Schultesius* ad Diaconatum vocatur, de quo supra.
- A. 1662. *M. Salomon Cellarius*, Dn. Caspero Hartmanno Substitutus, A. 1667.  
defuncto Hartmanno, ad Diaconatum, & A. 1672. ad Pastoratum &  
Adjuncturam Ilmensem vocatur.
- A. 1672. *Antonius Straubel*, de quo supra.
- A. 1664. d. 16. Decem. *M. Gottfried Günther Schnitesius*, Parentis Sub-  
stitutus, & post eius obitum A. 1681. Diaconus constituitur.
- A. 1696. *M. Jacob. Günther*, Seüberlich ad Diaconatum vocatur, qui verò  
ob tenaciorem yaetudinem, quā Soter Coelestis illum eripiat.] Sub-  
stitutum
- A. 1699. *Johann. Abrahamum* Gesdenbuschen Rincklebiensem accepit.  
Cum Scholæ, prudentiorum suffragio, nil aliud sicut quam parva quædam  
Ecclæsia, & D. Bernhard. Zieglerus [vid. tom. 3. Declam. selec. Phil. Melanch-  
thonis p. m. 721.] de necessaria conjugatione Scholarum cum ministerio Ecclæsiafi-  
co, orationem olim habuerit, operam non male collocatum, aut in siostram par-  
tem raptum iri spero, si Scholæ nostræ Daduchos & Praeceptores ex obscuris suo  
statu, in quo vivi, & haec tenus mortui, vixerunt, revocavero. Sequuntur itaque

## RECTORES SCHOLÆ.

Hic olim sub prima Schole incunabula Ludimagiæborum Titulum gesserunt,  
quorum primus occurrit.

A. 1555.

A. 1555. *Dn. Casparus sine cognomine, Lipsiâ huc vocatus. Hoc tempore  
Schola reparata videtur, quæ ante Monachis domicilium præbuit, te-  
ste inscriptione lapidi ad introitum Scholæ insculpta: NICOLALIS  
CLAUSEN ET CHRISTOPHORUS KNAWER COSS, F. C. ANNO*

1554.

A. 1557. *M. Andreas Horn Wittebergâ huc accersitus.*

A. 1562. *M. Johan. Apilius.*

A. 1581. *M. Johan. Ektrophius.*

A. 1582. *Johan. Flaminius, antea Cantor, postea hic vix per anni spatum  
Ludimoderator, porro ad Segensem & denique Rottlebiensem Pasto-  
rum vocatur, ut è Fastis Ecclesiasticis Rottlebianis edictus sum. Hujus  
fit mentio in versibus supra parochiæ introitum conspicuis;*

*Imperio Comitis GUILHELMI fructu tremendos*

*Post cineres domus hæc sit sacra, Christe, tibi.*

*In luctu moritur Zabelius, inde profesus*

*Hic est Flaminius verba verenda Dei. A. 1585.*

*Huic succedit Heinr. Simon Cellarius. felicissimus celeberrimorum Filii-  
orum & Nepotum Pater & avus, qui A. 1636. cum omnibus suis do-  
mesticis præsentibus peste ibidem obiit.*

A. 1586. *Marthaus Führer usque ad A. 1598.*

A. 1596. *M. N. Macer, qui non diu officio præfuit.*

A. 1601. *M. Laurentius Schenck.*

A. 1603. *M. Andreas Schöpfer/ A. 1607. ad Rectoratum Islebiensem voca-  
tus.*

A. 1608. *Andreas Manner, a Correctoratu Ilfeldensi huc vocatur. In Con-  
jugio ubi vix semestre spatum exegerat, obit A. 1613. ætat. 49. ante  
æquum vid. conc. fun. D. Eckardi.*

A. 1614. *M. Samuel Walther A. 1617. ad parochiam Trüchödensem trans-  
latus, ubi si recte memini, A. 1636. obiit, teste Cippo ad hoc forsitan ex-  
stante, relicto filio adhuc superfite, hac tenus Quæstore Ilmensi, nunc e-  
merito. Ejus uxor obiit Francohusa. 1684.*

A. 1618. *Johannes Horn/ cuius parentes David Horn Pastor Seysanus, olim  
exul ex Haslia. Hic anno nondum elapsa ab hujus Scholæ Rectoratu ad  
Diaconatum Herlingensem, A. 1637. ad Archidiaconatum & A. 1644. T  
in media concione apoplexiæ correptus paucis post diebus obiit ætat.  
59. Parens verè eunavoc. Cui filius, Lumen illud M. dicatorum Lipsi-  
num alter Æsculapius, D. Michael Heinrich. Horn gnotus? ex omni-  
bus superat Barbara Margreta, Summæ Reverendi nostri Domini An-  
tisticis Coniux pientissima.*

B 2

A. 1619.



A. 1619. *Constantinus Caselmann.*

Eodem anno M. Andreas Lorey/ de quo supra.

1624. M. Johann. Bamberg, obiit. ii. Sept. 1526, tempore pestis.  
1627. M. Johan. Ermichius. d. 16. Martii, quo cum Johannes Schwemmer ConR. & Georg. Riemann de quibus infra, simul introducti sunt.  
1635. M. J. Heinr. Madeburg, Gebensis d. 15. Julii. A. 1635, fasces Scholarum suscepit, A. 1678, morte depositus.  
1674. M. Christoph. Ludwig. Engelbrecht/ primum M. Magdeburgi Substitutus, post ejus obitum A. 1678, ordinarius Rector, qui A. 1681. exstat.  
38. vivendi fecit finem.  
1681. M. Job. Hoffmann succedit d. 12. Dec. introductus, qui hunc lapidem silyphium adhuc volvit, quamdiu DEO visum fuerit.

CONRECTORES.

Hic notandum, quod hujus Scholæ ConRectores olim *supremi* dicti fuerint,  
quorum primus occidit

1555. Heinrich. Kranichsold.  
1564. Nicolaus Dezelius.  
1572. Johan. Hirsch.  
1579. Nicolaus Hazold.  
1581. Job. Werther.  
1583. Nicolaus Herus.  
1593. Job. Lange.  
1594. M. Job. Dacianus, postea Pastor Tüllidanus.  
1596. M. Job. Müller, primus qui Conrectoris titulum gesit, quo tempore B. WILHELMUS, Comes Schwarzb. Scholam nostram restauravit, legibusq; quibus propriâ manu subscriptis, communivit, cuius exemplar verò igne perierit, vid program, de constitutione Schola. A. 1683, editum.  
1599. Antonius Töpfer.  
1603. Antonius Waltenberger.  
1608. Benjamin Carpen.  
1611. Andreas Badel/ postea Pastor Segensis.  
1612. Georg. Cellarius unque ad A. 1617. sustinuit.  
1614. Matthias Vogel ad certum tempus Conrectoratum collaborando.  
1617. Johan. Weinrich/ postea Pastor Uderslebensis.  
1619. Wolfgangus Böhlmann.  
1624. Job. Rothmaler/ de quo supra inter Superintendententes.  
1627. Job. Schuemeler/ postea Pastor Schus. obiit 1649.  
1637. Georgius Bamberger.  
1647. Conradus Reichenbach usq; ad A. 1651, Ad Pastoratum Schusaniūm. A. 1649.

A. 1649. votatur, ita tamē ut per integrum adhuc bieānum Co-  
rectoratum administraverit, obiit A. 1691. æt. 65.

A. 1652. Elias Martinus Offney/ postea Diaconus Hering. ab A. 1663.

A. 1663. Johan. Oberländer / Rudolstadt. obiit in Correctoratu. A. 1677.

A. 1677. Heinr. Michael. Reineccius, A. 1685. ad Pastoratum Tirungensem vo-  
catus obiit A. 1701.

A. 1685. Ernestus Christianus Hausherr/ Francohus.

A. 1692. M. Jacob Heinrich Barthäusiv/ hodiè Pastor Loffensis.

A. 1699. Johan. Volmar Grau Rudolstadtensis.

## CANTORES seu TERTII.

Ex Cantoribus primum reperio & quidem

A. 1558. Bartholomaum, nomine an cognomine, nescio.

A. 1567. Paulus Francke.

A. 1572. Johann. Pezolz, (cui hæc verba addita sunt: 12. gr. dem Cantori jum  
Lückuff.)

A. 1608. Johann. Flaminius, de quo supra inter Rectores.

A. 1583. Matthias Bacusius.

A. 1586. Christianus Avianus.

A. 1598. Paulus Hirsch.

A. 1608. Melchior Müller/ defunctus A. 1611.

A. 1611. Valentinus Hugo.

A. 1617. Jacobus Horn.

A. 1627. Johannes Reßler.

A. 1638. Ernestus Meinhart.

A. 1637. Tobias Sitzling/ Roslebiā huc vocatus obit ut emeritus A. 1681.

A. 1680. Johann. Tiemroth, Tertius, sed sine Cantoratu, obiit. A. 1683. æta-  
tis 53.

A. 1681. Stephan Heinr. Wieglob Cantor & Collega quintus, obiit A. 1683, æt.  
39.

A. 1683. Andreas Goldhammer / antea Cantor Kelbranus, qui successit in  
tertiā Johanni Tiemroth/ defunctus A. 1694. æt. 40.

A. 1695. Christoph. Heinr. Wieglob Tertius & Cant. obit. 1698.

A. 1698. Ernestus Christoph. Mörske Erfurto huc vocatus, quartæ classi  
jam praefit.

A. 1699. Johanni Egidio Grau, Vinariensi tertia Classis committitur,

## QVARTÆ CLASSIS PRÆCEPTORES.

A. 1564. Caspar Guckhor.

A. 1567. Valentinus Thelemann.

A. 1571. Bonifacius Leyse.

- A. 1572. *Johannes Pontanus.*  
1573. *Nicolaus Eckart.*  
1579. *Johannes Werther.*  
1581. *Nicolaus Herus.*  
1583. *Martinus Spica.*  
1594. *Georgius Neiddanus* vid. *hujus gratulator.* in part. i. postil. salin. M.  
Chærici.  
1595. *M. Petrus Tenthorn.*  
1598. *M. Emanuel Molitor.*  
1599. *Antonius Waldenberger* de quo supra.  
1608. *Adam Schumann* ad Pastoratum Rin Klebiens. vocatus.  
1609. *Johan. Weinrich* de quo supra.  
1617. *Nicolaus Eberhart* Königseensis, templi Coenobialis succendor  
usque ad A. 1627. de quo B. M. Andreas Lorey in suo Calendario hu  
jus anni hac annotavit: *Hodie d. 11. April. circa horam 9. vel 10. Nicolaus*  
*Eberhartus, Quartus Scholæ nostræ Francobusanae Collega, alioquin vir pius*  
*& pacificus, ex Melancholia, quâ jam septem septimanas laboraverat,*  
*Oldislebie in Unstrutum precipitavit & ita vite filum abruptus.*  
1627. *Georg. Niemann* postea pastor Espertensis obit A. 1667.  
1637. *Theodoricus Pfotenhauer* Ilmensis, à Rectoratu Königseensi voca  
tur ad quartam classem hujus Scholæ, ob mentis verò imbecillitatem  
factus est infirmus A. 1652.  
1652. *Johannes Adam Steltzfuß* Rudolstadiensis, A. 1659. ad Pastoratum  
Rottlebiensem vocatus, obit ut emeritus 1700.  
1660. *Johannes Tiemothi* de quo supra.  
1680. *Johannes Lüger* Singensis, obiit 1690. ætat. 50.  
1690. *Job. Gustav. Kürsten* Francohus. obiit 1699. ætat. 41.  
1699. *Ernestus Christoph. Mörcke* / *hodie una Cantor.*
- QVINTÆ CLASSIS PRÆCEPTORES.
1595. *Melchior Brokorb* / cum quo quintā classem cepisse probabile est.  
1596. *Abraham Leubling* / qui non diu præfuit.  
1596. *Adam Schumann* de quo supra.  
1608. *Nicolaus Eberhart* de quo supra.  
1617. *Paulus Gander.*  
1619. *Michael Corvinus.*  
1627. *Caspar Schäff* defunctus A. 1639.  
1641. *Johannes Zincke* / ante Ludimoderator Schusanus, obiit A. 1650.  
Trium filiorum eruditorum parens.  
1650. *Michael Weissenborn* obiit A. 1661.  
1661. *Johann. Wilhelm. Haccius* postea Pastor Segensis & tandem Ring  
lebiensis, obit 1701.A. 1665.

- A. 1665. Hieron Adolph. Gänsehals/ postea Pastor Esperstetensis.  
 A. 1669. Johannes Zincke filius junior eodem anno pthisi defunctus,  
 A. 1669. Johannes Gräffe / paucis post diebus vita excedeos.  
 A. 1670. Johannes Treuner/ de quo supra.  
 A. 1683. Daniel Valentinus Weihe/Francohus, usq; ad A. 1694, extra officium  
 vivere desit A. 1696.  
 A. 1687. Johan. Jacob Schröter/ Steinbütticensis, defunctus A. 1700.  
 A. 1700. Johann Georg. Schilling Uderslebiensis.

### SEXTÆ CLASSIS Præceptores.

- A. 1652. Theodoricus Pfotenhauer de quo supra, quo cum VI. Clasis coepit.  
 A. 1665. Johan. Gräffe / de quo supra.  
 A. 1670. Johan. Treuner / de quo supra.  
 A. 1681. Johann. Zincke, filius B. Zinckii natu minimus, obit A. 1682 ætat. 32.  
 A. 1682. Johann. Caspar. Tiemroth postea 1686 Pastor Uderslebiens.  
 A. 1687. Johann. Jacob. Schröter / de quo supra.  
 A. 1694. Elias Christoph. Vogler/ Francohusanus.

### SEPTIMÆ CLASSIS Præceptores.

- A. 1687. Elias Christoph. Vogler/ quo cum hæc Clasis constituta est.  
 A. 1696. Job. Georg. Helsing / Thomasbütticensis.

Quod cædem personæ in diversis Clasisibus yice plus simplici occurunt, fa-  
 cium est ob ascensionem.

Ne igitur memoriale hoc Ecclesiasticum & Scholasticum hominum memo-  
 riâ plane excidere, oblivioni solâ hac nominum notatione mederi volui. Equi-  
 dem in votis habuisse, ut horum vitas eorumque promotiones ulteriores pau-  
 lò fusi exponere licuisset, sed hic querela celeberrimi D. Eisenharti de fide Hi-  
 storica Cap. 3. p. 28. allata, hic locum habet: *Historia scribuntur posteritatî,*  
*cui documenta & diplomata in Archibvis occultata sepe detrahit aut manus invida, ut*  
*incendium, aut bellî calamitas, que duo posteriora mala superioris Seculi bello tricen-*  
*nali & postremo Gallico pluribus quoq; Arch. via exitio a fuerant. Nec diffundendum,*  
*manus majorum nostrorum quandoque in annotandis notabilioribus remissiores*  
*fuisse. Interim si quis me, cum primis in chronologia, errantem monuerit, mo-*  
*nitumque de hac vel illa persona accuratius instruxerit, non patram gratiam &*  
*& à me certo certius, & à plurimis forsitan, se initurum credat. Obstetricantes*  
*manus si mihi portigerentur. Memoriale politicum Francohusanum, omnes &*  
*singulos Politicos, cuiuscunq; generis & status fuerint, continens, data occasi-*  
*one etiam cum Deo contexere non pigraret. Ne verò planè extra oleas vagari*  
*videar, revertor ad templum nostrum, ex cuius dedicatione Scholaetiam nostra*  
*vicina latitiam capit incredibilem, quod tandem aliquando dies hic fecilissimus,*  
*totque votis desideriisque expeditus ac expectatus illuxerit, quem multi oculis cer-*  
*nere gestierunt, sed morte præventi optatis suis exciderunt. Nos autem im-*  
*mensâ*

mensa Dei gratia huic felicitati laetitiaeque; communis reservatis sumus, quam etiam oratiunculis quibusdam in Schola nostra celebrare animum induxiimus. Descendent itaque in arenam decessoriam promissa memoriam sequentes probi & industrii Musarum velites,

Joh. Petrus Bärwinkel / Aulebianus, Prologices subiturus.

Lud. Frid. Fleclius, Segensis, hebraico sermone incolas ad gaudium, gratiarum actionem & vota nuncupanda excitaturus;

Joh. Feid. Hiepe / Mega-Sömmerd. Graece idem praestiturus.

Joh. Brquet Alstetens. Versibus germanicis precedentium interpretem aetus:

Daniel Pickart Bennung, incendo breviter descripto, gratiam Dei, post intendit exhibit, germanice celebraturus:

Joh. Martin. Stirube / Ebeleb. templum recens exstructum laudaturus.

Casp. Heinr. Lindemann Colorem album, quo templum exornatum est, ejusque usum exantiquitate descripturus:

Joh. Paulus Lochner Vogtstetensis, de templorum origine & progressu, itemque de illorum dedicationibus dicturus:

Joh. Christian. Bernhard Osterhagensis, Scholam nostram laudaturus:

Caspar. Schall / Francohus. Natalem Celsissimi Comitis ac. DN. DN. LU. DOVICI FRIDERICI 15[26] octobris; &

Justus Heinricus Fischer Francohus. Natalem Illustrissima Comitis SO-


PHIÆ JULIANÆ d. 16 [27] Octobris recurrentem celebraturi;

Christoph. Conrad. Häfe / Francohus. Epilogus, brevisimam ἀναφορὰν precedentium oratiuncularum instituturus, veniam erratis reganius & vota nuncupaturus.

His igitur declamatiunculis intra bihorium absolvendis ut omnes sub horum pellarum frontispiciis honorifice compellati Patroni & Fautores operam auricularem benignè & placide præbeant, iterum atque iterum submissè ac officiose rogo atque contendeo. Scrib. Francohus d. 5. Octob. Placido Sacra A. 1703.



1017



Pon 76. 80. 8



S. 6.

ME



B.I.G.

Farbkarte #13



שאלן שלום ירושלים :  
MEMORIALE  
ECCLESIASTICUM & SCHOLASTICUM  
FRANCOHUSANUM  
DECLAMATIUNCULIS  
HEBRAICO - GRÆCO - LATINO - GERMANICIS  
præmisum,  
cum,

TEMPNUM  
FRANCOHUSANUM  
INFERIUS

A. 1689. d. 17. Sept. exustum & hactenus, ope divinâ ad-  
spirante, reædificatum d. 10. Octobris hujus anni 1703.  
præsente populo frequentissimo,  
SOLENNISSIMA DEDICATIONE

celebraretur,

ad quas patienter audiendas

VENERABILISSIMUM  
CONSISTORIUM  
Ejusq; DN. PRÆSES Splendidissimus,

CELEBERRIMI DNN.

DOCTORES & LICENTIATI,  
Plurimum Reverendum MINISTERIUM,  
Amplissimum Collegium SENATORIUM,  
Cæterique LITERATI æstimatisimi

submisæ, obseruantæ & amantæ

invitantur

M. JOH. Hoffmann / RECT.

Anno & Mense

Octobris De Clivo tarantara sentet ARA.

ERFURTI, Imprimebat Georgius Henricus Müllerus.

Utrumqueq; habent, in eis conuenientibus officiis.